

17. Qui benè præsunt presbyteri, dūpli ci honore digni habeantur: máxime qui labórant in verbo & doctrina.

\* Deut. 25.

4. 18. Dicit enim Scriptura: \* Non alligabis os bovi trituranti. Et: \* Dignus est operarius mercéde suā.

10. 10.

Luc. 10. 7. 19. Adversus presbyterum accusatiō nem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus téstibus.

20. Peccantes coram ómnibus árgue: ut & céteri timorem hábeant.

21. Testor coram Deo & Christo Iesu, & éléctis ángelis, ut hæc custódias finē præiudicio, nihil faciens in áltérā par tem declinando.

22. Manus citd némini imposueris, ne que communicáveris peccatis alienis. Teipsum castum custodi.

23. Noli ádhuc aquam biberē, sed módo vino útere propter stómachum tuum, & frequéntes tuas infirmitatēs.

24. Quorundam hóminum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur.

25. Similitèr & facta bona manifesta sunt: & quæ áliter se habent, abscondi non possunt.

## CAPUT VI.

*Quæ servorum in dominos confidare débant officia: novorum dogmatum auctores; verborum pugna; quæstus magnus est pietas cum sufficiéntia; radix ómnium malorum cupiditas; dívites ne sperent in incerto divitiarum.*

1. Q uicúmque sunt sub iugo servi, dóminos suos omni honore dignos arbitréntur, ne nomen Dómini & doctrina blasphemetur.

2. Qui autem fidèles habent dóminos, non contémnant, quia fratres sunt: sed magis sérvant, quia fidèles sunt & dilecti, qui beneficij partícipes sunt. Hæc doce, & exhortare.

3. Si quis álter docet, & non acquiescit sanis fermónibus Dómini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatēm est, doctrinæ:

4. supérbus est, nihil sciens, sed lán guens circa quæstiōnes, & pugnas verbōrum: ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphémiae, suspicione malæ, & conflictationes hóminum mente cor

ruptōrum, & qui veritatem privati sunt, existimantum quæstum esse pietatēm.

6. \* Est autem quæstus magnus pietas \* S. ALÉX. XIJ. cum sufficiéntia.

7. \* Nihil enim intulimus in hunc mun- \* Job 1. dum: haud dábium quod nec auferre 21. Eccle. 5.

8. \* Habentes autem alimēnta, & quibus tegámur, his conténti simus. 14. \* Prov. 27. 26.

9. Nam qui volunt dívites fieri, incidunt in tentatiōnem, & in láqueum diáboli, & desidéria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt hómines in intérītum, & perditioñem.

10. Radix enim ómnium malorum est cupiditas: quam quidam appeténtes erraverunt à fide, & inservéront se dolóribus multis.

11. Tu autem o homo Dei hæc fuge: secessare verò iustitiam, pietatēm, fidem, charitatem, patiēntiam, mansuetudinem.

12. Certa bonum certamen fidei, apprehénde vitam æternam, ^ in qua vocatus es, & confessus bonam confessiōnem coram multis téstibus.

13. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat ómnia, & Christo Iesu, qui testimoniūm redidit \* sub Póntio Pilato, bonam confessiōnem: \* Matth. 27. 11. Ioann. 18. 33.

14. ut serves mandatum finē macula, irreprehensibile usque in advéntum Dómini nostri Iesu Christi,

15. quem suis tempóribus osténdet \* beatus & solus potens, Rex regum, & Dóminus dominántium: \* Apoc. 17. 14. & 19. 16.

16. qui solus habet immortalitatem, & lucem inhábitat inaccesibilem: \* quem nullus hóminum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & impérium sempiternum: Amen.

17. Divitiis huius saeculi præcipe non sublimē sápere, \* neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis ómnia abùndē ad fruēndum)

18. benè ágere, dívites fieri in bonis opéribus, sàcile tribuere, communicare,

19. thesaurizare sibi fundamēntum bonum in futurū, ut apprehéndant veram vitam.

20. O Timóthee, depósum custodi, devítans profanás vocum novitatis, & oppositiones falsi nōminis scien̄tiae,

21. quæ quidam promittentes, circa fidem excidérunt. Grátia tecum. Amen.

EPI-

## B. PAULI APÓSTOLI AD TIMÓTHEUM SECUNDÀ.

H ANC EPISTOLAM Romæ datam, & in vinculis scriptam, patet ex cap. 1. 8. 12. & 2. 9. 10. & quidem paulò antequam martyrium subiret Apostolus (cap. 4. 6. 7.). Atque adeo in secundis vinculis, non in primis; si quidem in Chronologia demonstravimus Paulum prioribus vinculis Romanis solutum redisse in Orientem, indeque rursus Romam esse regressum, ubi etiam Martyrij coronam adeptus est, sub annum Neronis ultimum: cùm tamen prius ab eo auditus & absolvitus esset, sicut hic ipse testatur (cap. 4. 16. 17.). Ut enim ante biennium in libera custodia: ita deinceps integrum annum, omnibus gentibus Romam undique confluentibus, Evangelium prædicavit. Per Tychicum autem missa est Ephesum hæc Epistola, ubi erat Onesiphori familia, postquam Aquila & Priscilla, qui, Claudij decreto de expellendis Iudeis iam excoleto, Romam repetierant, (Rom. 16. 3.) eō denuò erant reversi, (cap. 4. 12. 19.) Idque anno Æra nostra 66. à Christi morte 33.

### CAPUT PRIMUM.

Quæ hoc capite continéntur, ed spectant, ut Timótheus ressuscitet in se gratiā Dei, quam accépit per impositionem mānum; ut spíritum fortitudinis induitus, doctrinam Christi annúciat, & in adversis roboretur.

1. Aulus Apóstolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissiōnem vitæ, quæ est in Christo Iesu:

2. Timótheo charissimo filio, gratiā, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Iesu Dómino nostro.

3. Gratiā ago Deo, cui servio à pro genitorib⁹ in consciēntia pura, quod sine intermissione hábeam tui memoriā in orationib⁹ meis, nocte ac die

4. desiderans te videre, memor lacrymārum tuārum, ut gáudio implear,

5. recordatiōnem accípiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitat primū in ávia tua Lóide, & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te.

6. Propter quæ causam admoneo te ut resuscites gratiā Dei, quæ est in te per impositionem mānum meārum.

7. \* Non enim dedit nobis Deus spíritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

8. Noli itaque erubescere testimoniūm Dómini nostri, neque me vinclum eius:

sed collabóra Evangélio secundum virtutem Dei:

9. qui nos liberavit, & vocavit vocatiōne suā sanctā, \* non secundum ópera \* Tit. 3. 5. nostra, sed secundum propósum suum, & gratiā, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora saeculária.

10. Manifestata est autem nunc per illuminationē Salvatōris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, & incorruptionem per Evangélium:

11. in quo \* pósitus sum ego prædicator, & Apóstolus, & magister Gén. 2. 7.

12. Ob quam causam etiā hæc pátor, sed non confundor. Scio enim cui crèdidi, & certus sum quia potens est depósum meum servare in illum diem.

13. Formam habe sanctorum verbōrum, quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu.

14. Bonum depósum custodi per Spíritum sanctum, qui hábitat in nobis.

15. Scis hoc, quod aversi sunt à me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus, & Hermogenes.

16. Det misericordiam Dóminus \* Onesiphori domui: quia sàpè me refrigeravit, & catenam meam non erubuit:

17. sed cùm Romam venisset, sollicite me quæsivit, & invénit.

18. Det illi Dóminus invenire misericordiam à Dómino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

Ggggg CA-

## C A P U T I I .

*Timótheo præcipit, ut idem doctrína depo-*  
*stum, quod coram multis téstibus accé-*  
*perat ab Apostolo, aliis itidem com-*  
*mendet. Illud imprímis, ut tamquam*  
*bonus miles laboret, contentiones vitet,*  
*ut & profana queque.*

1. **T**U ergo fili mi confortare in grá-

tia, qua est in Christo Iesu:

2. & quæ audisti à me per multos testes,  
 hæc commenda fidélibus homínibus, qui  
 idonei erunt & álios docere.

3. Labóra sicut bonus miles Christi Iesu.

4. Nemo militans Deo implicat se ne-  
 gótiis sacerdóciis: ut ei pláceat, cui se  
 probavít.

5. Nam & qui certat in agône, non co-  
 ronatur nisi legítimè certáverit.

6. Laborántem agrícolam opórtet pri-  
 mū de fructibus percipere.

7. Intéllige quæ dico: dabit enim tibi  
 Dóminus in omnibus intellectum.

8. **¶** Memor esto Dóminus IESUM  
 CHRISTUM resurrexisse à mortuis ex sémi-  
 ne David, secundum Evangelium meum,

9. in quo labóro usque ad vincula, quasi  
 male operans: sed verbum Dei non est  
 alligatum.

10. Ideo omnia sustineo propter electos,  
 ut & ipsi salutem consequantur, quæ est  
 in Christo Iesu, cùm glória cælesti. **\*\***

11. Fidélis sermo: Nam si commortui-  
 sumus, & convivémus:

12. si sustinéimus, & conregnábimus:  
 \* si negaverimus, & ille negabít nos:

13. \* si non crédimus, ille fidélis pér-  
 manet, negare seipsum non potest.

14. Hæc cōmōne: testificans coram  
 Dómino. Noli conténdere verbis: ad nihil  
 enim útile est, nisi ad subversiōnem au-  
 diéntium.

15. Sollicitè cura teipsum probabilem  
 exhibere Deo, operárium inconsíbilem,  
 recte tractantem verbum veritatis:

16. Profana autem, & vaniloquia de-  
 vita: multum enim proficiunt ad impie-  
 tatem:

17. & sermo eórum ut cancer serpit:  
 ex quibus est Hymenæus, & Philetus,

18. qui à veritate excidérunt, dicentes  
 resurrectionem esse iam factam, & subver-  
 terunt quorundam fidem.

19. Sed firmum fundaméntum Dei stat,  
 habens signaculum hoc: Cognovit Dómi-  
 nus qui sunt eius, & discédat ab iniquitate  
 omnis, qui nominat nomen Dómini.

\* IN NA-  
 TALI  
 UNIUS  
 M A R T.  
 N O N  
 P O N T I F.

\*\* Adiungo  
 ad v. 10.  
 cap. seq.

T U A U-

TEM.

\* Matth.

10. 33.

Marc. 8.

38.

\* Rom. 3.3.

20. In magna autem domo non solùm  
 sunt vasæ aurea, & argéntea, sed & lignea,  
 & fistilia: & quædam quidem in hono-  
 rem, quædam autem in contumeliam.

21. Si quis ergo emundáverit se ab istis,  
 erit vas in honorem sanctificátum, & útile  
 Dómino ad omne opus bonum parátum.

22. Juvenília autem desidéria fuge, se-  
 cùrare verò iustitiam, fidem, spem, chari-  
 tatem, & pacem cum iis, qui invocant  
 Dóminum de corde puro.

23. \* Stultas autem, & sinè disciplina  
 questiones devita: sciens quia generant  
 4. Tit. 4. 7.  
 Tit. 3. 9.

24. Servum autem Dómini non opórtet  
 litigare: sed mansuëtum esse ad omnes,  
 docibilem, patientem,

25. cum modéstia corripiéntem eos, qui  
 resistunt veritati: nequandò Deus det illis  
 pénitentiam ad cognoscendam veritatem,

26. & respicant à diabolí láqueis, à  
 quo captivi tenéntur ad ipsius voluntatem.

## C A P U T I I I .

In extrémis tempóribus hac futura sunt ho-  
 minum, hereticorum imprímis, vitiæ;  
 falsa pietas, mentis corrúptio, homines  
 seipso amantes. Hortátur Timótheum  
 ad subeáandas forti animo afflictiones,  
 & ad studium Scripturarum.

1. **H**oc autem scito, quod in no-  
 viissimis diébus instabant tem-  
 pora periculosa: **\* I. Tim. 4.**

2. Pet. 3. 3.  
 Ind. cap.  
 unicus. 18.

erunt homines seipso amantes, cù-  
 pidi, elati, supérbi, blasphémi, parénti-  
 bus non obediéntes, ingrati, scélésti,

3. sinè affectione, sinè pace, crimi-  
 natores, incontinéntes, immítentes, sinè be-  
 nignitatem,

4. proditores, protérvii, tûmidi, & vo-  
 luptatuum amatores magis quam Dei:

5. habéntes spéciem quidem pietatis,  
 virtutem autem eius abnegantes. Et hos  
 devita:

6. ex his enim sunt, qui pénétrant do-  
 mos, & captivas ducunt muliérculas one-  
 ratas peccatis, quæ ducuntur variis des-  
 dériis:

7. semper discéntes, & numquam ad  
 scientiam veritatis perveniéntes.

8. Quemadmodum autem \* Iannes, & \* Exod. 7.

Mambres restituerunt Móysi: ita & hi re-  
 sistunt veritati, homines corrúpti mente,  
 réprobi circa fidem,

9. sed ultra non proficient: insipientia  
 enim

enim eórum manifesta erit omnibus, sicut  
 & illorum fuit.

10. \*\* Tu autem assécutus es meam do-  
 ctrinam, institutionem, propósitum, fi-  
 dem, longanimitatem, dilectionem, pa-  
 tientiam,

\* Act. 14.  
 1. & seq. 11. persecutions, passiones: \* quâlia  
 mihi facta sunt Antiochiae, Icónij, &  
 Lystris: quales persecutions sustinui, &  
 ex omnibus eripuit me Dóminus.

12. Et omnes, qui piè volunt vivere in  
 Christo Iesu, persecutiōnem patientur. ^

13. Mali autem homines, & seductores  
 proficient in peius, errantes, & in erró-  
 rem mittentes.

14. Tu verò permane in iis, quæ didi-  
 cisti, & crèdita sunt tibi: sciens à quo  
 didiceris.

15. & quia ab infantiâ sacrâs litteras  
 nosti, quæ te possunt instruere ad salu-  
 tem, per fidem, quæ est in Christo Iesu.

\* 2. Petr. 1.  
 20. 16. \* Omnis scriptura divinitus inspi-  
 rata útilis est ad docéndum, ad argu-  
 endum, ad corripiéndum, ad erudiéndum  
 in iustitia:

17. ut perfec̄tus sit homo Dei, ad omne  
 opus bonum instruētus.

## C A P U T I V .

In hoc postrémo capite Paulus Timótheum  
 adhortátur, ut predicationi infest, &  
 sanam doctrinam adversus heréticos tueā-  
 tur, ac ministérium suum impleat.

\* S. SYL-  
 VESTRI  
 P A P E.  
 Item, s.  
 AUGUST.  
 EPISCOP.  
 & aliorum  
 Doctórum.

1. \* T estificor coram Deo, & Iesu  
 Christo, qui iudicatūrus est  
 vivos, & mortuos, per advéntum ipsius,  
 & regnum eius:

2. prædicta verbum, insta opportúnè,  
 importúnè: argue, obsecra, increpa in  
 omni patientia, & doctrina.

3. Erit enim tempus, cùm sanam doctri-  
 nam non sustinébunt, sed ad sua desidéria  
 coacervábunt sibi magistros, pruriéntes  
 auribus,

4. & à veritate quidem auditum avér-  
 tent, ad fábulas autem converténtur.

5. Liberávit me Dóminus ab omni  
 opere malo: & salvum faciet in regnum  
 suum cælesté, cui glória in saecula saecu-  
 lorum. Amen.

19. Saluta Priscam, & Aquilam, & \* supr. 1.  
 Onesiphori domum.

20. Eraclius remánxit Corínthi. Tróphi-  
 um autem reliqui infirmum Miléti.

21. Festina ante hiemem venire. Salú-  
 tant te Eubulus, & Pudens, & Linus, &  
 Cláudia, & fratres omnes.

22. Dóminus Iesu Christus cum spíitu  
 tuo. Grátia vobiscum. Amen.

5. Tu verò vigila, in omnibus labóra,  
 opus fac Evangelistæ, ministérium tuum  
 imple. Sóbrius esto.

6. Ego enim iam delibor, & tempus re-  
 solutiōnis meæ instat.

7. Bonum certámen certávi, cursum  
 consummávi, fidem servávi.

8. In reliquo repósta est mihi corona  
 iustitiae, quam reddet mihi Dóminus in  
 illa die iustus iudex: non solùm autem  
 mihi, sed & iis, qui diligunt advéntum  
 eius. ^ Festina ad me venire citò.

9. Demas enim relíquit, diligens  
 hoc saeculum, & abiit Thessalonicam:

10. Crescens in Galátiā, Titus in Dal-  
 matiā.

11. \* Lucas est mecum solus. Marcum \* Coloff. 4.  
 assúme, & adduc tecum: est enim mihi 14.  
 útilis in ministérium.

12. Tychicum autem misi Ephesum.

13. Pénum, quam reliqui Tróade  
 apud Carpum, véniens affer tecum, &  
 libros, máxième autem membranas.

14. Alexánder arárius multa mala mihi  
 ostendit: reddet illi Dóminus secundum  
 ópera eius:

15. quem & tu devita: valde enim résti-  
 tit verbis nostris.

16. In prima mea defensiōne \* nemo  
 mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt:  
 \* Quâ cau-  
 sam suam  
 egit co-  
 ram Ner-  
 ñe, cùm se-  
 cundò Ro-  
 man ve-  
 nisset.

17. Dóminus autem mihi affitit, & con-  
 fortavit me, ut per me prædicatio im-  
 pleatur, & audient omnes Gentes: & li-  
 berátor sum de ore Leónis.

18. Liberávit me Dóminus ab omni  
 opere malo: & salvum faciet in regnum  
 suum cælesté, cui glória in saecula saecu-  
 lorum. Amen.

19. Saluta Priscam, & Aquilam, & \* supr. 1.  
 Onesiphori domum.

20. Eraclius remánxit Corínthi. Tróphi-  
 um autem reliqui infirmum Miléti.

21. Festina ante hiemem venire. Salú-  
 tant te Eubulus, & Pudens, & Linus, &  
 Cláudia, & fratres omnes.

22. Dóminus Iesu Christus cum spíitu  
 tuo. Grátia vobiscum. Amen.